Nomina P.P. R.R. Dominorum Praeceptorum et acta eorum. in Roßdorf.

1235. 1. Nominabatur Wilhelmus, qui ex Gallia in Germaniam primus venerat, postquam Ordo St. Antonii sub Honorico III. renovatus est.

1246. 2. Richardus Praeceptor v. Magister.

1250. 3. Guido v. Giso de hoc Praeceptore ob injurias temporum sequentium nihil constat.

1272. 4. Rupertus.

1288. 5. Petrus de Lis. nihil constat, credendum tamen est omnes fuisse viros egregios, cum Ordo his temporibus in Roßdorf laudabiliter floruerit.

1298. 6. Anselmus. Obiit 1312. In Ecclesia nostra Roßdorfensi sepultus, exstat ejus Epitaphium. Mortuus in Vigilia b. Ma. Magdalenae.

1322. 7. Bertrandus de Turre v. Tare ponitur. an autem ab Anno 1312 post obitum Anselmi fuit Magister vel Praeceptor, nihil constat.

1350. 8. Amadeus a Charmaselle, prius Praeceptor ~~in~~ Viennensis in Gallia etiam Averniae

Cammerarius Monasterii St. Antonii, fit Praeceptor in Rosdorf per Papam Clementem. Multa bona emit.

1381. 9. Tornellus de Barrleseller, factus Praeceptor in Grüningen abdicavit Praeceptoriam Rosdorfensem.

1394. 10. Hugo de Cherio.

1402. 11. Lambertus de Vogn. Hic Praeceptor cum Fratribus Francofurti habitavit, et officium divinum ibi celebravit, unde Joannes 22 diebus 23 Domum in Rosdorf erigit in Canoniam ut sint ibi 10 Canonici et susceptus Francofurti confirmavit.

1413. 12. Joannes Conradus hic aedificavit Domum lapideam in Francfurt ... et multa bona emit.

1436. 13. Hugo de Belmont, prius Praeceptor in Isenheim, postea in Rosdorf et Francfurt et 1mus Praeceptor in Hoechst. Multa bona ordini praestitit. Insignia ejus argentina

Argenteum (Rom.)
Argenteuil bei Paris
Argentières = Dorf.

Francofurti et Hoechstae extant. Sub hoc Praeceptore facta est translatio Ordinis in Hoechst 1441 per Theodoricum de Erbach Arch. Ep. Mog.

Praeceptores in Hoechst.

1441. Hugo de Belmont sub quo facta est translatio. magna(e) querela(-etae) ab initio statim fuere [Magnae querelae ab ..] propter presentias (?) et cum non peculiam haberent omnia communia esse volebant, docent litterae Fascicul. Lit. H. No. 41. 42. 43. Hic Hugo ob senium et ut Reformatio introducatur resignavit in manus Cardinalis Legati per Germaniam in favorem Joannis Gütgell.

1460. 14. Joannes Gutgell prius Praeceptor in Isenheim. Hic Ecclesiam [NB. Altorum] ab Hugone inceptam perfecit. ejus insignia in fornice Clari aparent. Obiit 1463 circa Festum Bartholomaei. reliquit debita 3927 f.

Kollucks Kalk

1464. 15. Joannes de [Colliath (Callucks)] Praeceptor in Jsenheim. Valde familiarius fuit Archiepiscopo quo cum Romam ivit tempore dissidii unguntini.

1468. Orsoy ? 16. Goswinus de Orsoy (Ortsoy). Ornamenta Ecclesiae fieri curavit. Scientia illum inflammaverat. Insignia ejus erant caput maure. Resignavit praeceptoriam Henrico Meyersbach.

1513. 17. Henricus Meyersbach. Resignare voluit et successorem instituit Joannem Maertner, sed mortuus 10 Martii 1520. Ejus Epitaphium extat in muro retro summum Altare cum insign.

1522 18. Joannes Maertner ex Hardenburg fuerat quidem statim electus post mortem Meyersbach, sed se intruserat quidam Italus, in qua lite Conventuales Archiepisc. mog. Albertum Cardinalem interpellaverunt, qui a Romano Pontifice jus confirmandi obtinuit 1524 quo anno Praeceptorem Maertner confirmavit. Non adest copia hujus juris an sit in perpetuum v. pro tantum hac vice. Hic Maertner plurima bona vendidit et fornices chori deposuit

Conqueritur tamquam idem expensis satisfacere non posse et cupit resignare. Obiit 1535 Festo St. Martini Epi. Sepultus ante summum altare.

Defuncto Maertner Papa contulit Praeceptoriam Quirino Gallar (!) clerico Pataviensi, et Arch. Epis. mog. eam contulit sacerdoti saeculari. tandem ambo referunt Fratri Materno Schütz Ordinis nostri.

1536. 19. Maternus Schütz Hochheimensis. Hic se totaliter cum Conventualibus Ordinario mog. subjunxit. Resignavit Praeceptoriam Ard. Epis. intra manus Vicarii gen. ord. sed sub certis conditionibus Goswino Wolf Antonitae Coloniensi. Obiit 1545.

1541. 20. Goswinus Wolf. hic plurima bona vendidit. Patria coloniens. Sub hoc Praeceptore vixit Antonita bicelebris: Leonardus Kraus. primo Primissarius et Capellanus in Zeilsheim, postea Parochus in Nied. Ob talenta eximia tandem electus in Concionatorem et Confessionarium Aulae Caesareae Ferdinandi et Reginae 1550. Goswinus Wolf obiit 1553 Festo St. Leonardi. Sepultus ante

summum altare, ubi ejus Epitaph cum insignis.

1553. 21. Thomas Zulp v. Zulpen Colon. ord. S[ti]. Hieronymi
electus in Vigil. Praesent. B.M.V. et ab Arch. Epi. con-
firmatus F. Joannes Wallach ordinis (?) ut ad-
ministrator ab Arch. Epo. constituitur.

F hic sacra vasa argentea vendidit Judaeis, vir concubinarius 1556 captivus ducitur Aschaffenburgam et incarceratur. tandem ex Archiepiscopatu ejicitur. Interea

1563. 22. Joannes Wallach constituitur et confirmatur
a Daniele Arch. Epo. mog. In confirmatione appo-
sita sunt verba haec: Salvo ordine tuo.

1564. 23. Hermannus Allerding vocatus est Praeceptor vivente Wallach.
Allerding doctus aeque sceleratus vir, concubinarius, multa bona vendidit, tandem aufugit 1575 secum auferens 28 milliae(!) florenorum.

1580. 24. Nobilis de Lisskirchen Colon. postulatus a Hoech-
stenibus, ab Arch.-Ep. Daniel de Brendel confirmatus
16 Mai. Sub hoc Praeceptore multa bona vendita
sunt, sed ut colligitur ex ejus insigniis fere totam
Domum aedificavit.

1614. 25. Gottschalkus Dunewald Colon. nominatus Prae-
ceptor a Joanne Suicardo de Cronberg. Obiit
in Vigilia nativitatis Dni N. J. Xti 1640.

1641. 26. Waltherus Neurath, Juliacensis, electus 23. Jan. confirmatus ab
Anselmo Casimiro in summis miseriis et periculis praefuit,
verum plurima debita solvit. obiit 25 Xbris in Nativitate Dni.
1653.

1654. 27. Gottschalkus Allerding, electus Praeceptor et confirmatus 24 Junii ab Arch. Ven. Joanne Philippo a Schönborn; profundae humilitatis et magnae pietatis vir. Multa debita solvit et optime vixit. obiit 18. Jan. 1664.

1664. 28. Henricus Odenthal constituitur Praeceptor sed cum se vino et foeminis daret, nec se ipsum regere posset, a regimine Domus removetur cum vix anno et dimidio Praeceptor fuisset.

1665. 29. Bertramus Havellius v. Havells Juliacensis prius societatis Jesu administraverat parochiam in Neuenhaim, factus deinde Antonita et in Praeceptorem electus aedificavit medium horreum lapideum in villa nostra Hoechsemi. De cetero ejus exiguo regiminis tempore parum constat.

1671. 30. Michael Dreher, Geisenheimensis, electus Praeceptor optime praefuit et jura Domus partim recuperavit et servavit, multa vina, frumenta simul et notabilem pecuniae summam non domui, ut ipse voluerat, reliquit, sed illa tertio cepere ut videbimus. Obiit 1693. Sepultus in Ecclesia nostra Francofurti.

1693. 31. Post obitum Michaelis Dreher 2da vice Prae-
ceptoriam accepit Henricus Odenthal. Sed cum
vitam non in meliorem, sed in deteriorem
mutaret, ex Archi-dioecesi relegatus Alsatiam
petiit, ubi ad Antonitas reformatos trans-
gressus, in domo ad Tres spicas obiit circr. 1714.

Nota. An tali fuerit Odenthal merito
dubitatur, sed potius a ~~sua~~ scelesto suo suc-
cessore persecutus creditur, qui et praesentem
historiam scripsisse creditur.

1694. 32. Stephanus Traut, Hufheimensis postquam per
aliquos annos administrator fuisset, Praeceptor
denominatus est. Doctus sed prodigus multa
bona vendidit et plurima debita contraxit,
plurima jura neglexit, praecipue coquendi
solummodo Hoelistae cerevisiam in domo
nostra?(a) homo fatus natus ad domus in-
teritum. qui post professionem voluit apostare,
et ad hoc finem abstulit sacra vasa Ecclesiae,
et transiluit per murum ad locum qui dicitur
. . . . . ., sed Deo justo vindice fregit pedem,

deprehensus est et in Carcere curatus, et licet male notatus elegerunt postea insipientes Conventuales in Praeceptorem maximo Domus damno verum 1704 juste Praeceptoria privatus et propter animum continuo rebellem in Galliam ad Abatiam Jerlem relegatus demum 1715 propter impolitatem incorrigibilem Hoechstam venisset, post paucos menses festo Omnium sanctorum incarceratus et verminibus plenus ibidem obiit.

Nota. Sub hoc Praeceptore dati sunt Administratores clerici saeculares qui se niorque ex bonis Domus divites fecerunt et nihil plane profuere. Data etiam est parochia Hoechst clerico saeculari Nomine Biegel, qui postmodum factus administrator cum summo Domus detrimento.

1706 33. Wendelinus Bauer Geisenheimensis, argentinae ex Domo postulatus Praeceptor electus est et a Lothario Francisco Arch. epis confirmatus. Voluit hic reformationem introducere et hoc opere

multas difficultates passus et finem suum consecutus ~~fat~~ fuit. licet domui valde proficuus habuit multos sibi contrarios et sic in continuis visit. ± persecutionibus praesertim per antecessorem Traut. Parochiam Hoeckstensem simul administravit. Obiit 1711, 25 Augusti. Statum domus miserrimus invenit, sed omnia emendasset nisi morte praeventus fuisset.

1711. 34. Joannes Adamus Weppner, Hoffheimensis, administravit Domum usque ad annum 1716 qua ab Em^mo Arch. Eps. Lothario Francisco nominatus fuit. Obiit 9 Maii 1717. Mors ejus, ut dicitur magis proficua fuit Domui quam Vita. Hic administravit etiam aliquamdiu Parochiam in Münster-Liederbach.

1717 35. Joannes Christophorus Heimbert, Eisfeldianus electus deinde confirmatus a Lothario Francisco. Arch. Eps. mog. qui cum licentia Dni. Praeceptoris Bauer 1709 administravit

Parochiam in Landstuhl prope Bipontinum, et inde 1717 revocatus Praeceptor eligitur. Erat bonus oeconomus. multa ~~vina~~ vina emit. Horrea et domus Hoechstae aedificavit v. reparavit optime sua fecit domui que?! longior vita fuisset valde utilis. Processum cum Capucinis ratione Domus francofurtensis lucratus est, sed quia Curia his per ignem consumpta fuit illam R. Capucinis vendidit 17 millibus florenum, qua pecunia debita omnia Domus solvit et residua oeconomiam incepit. Obiit 13 Junii 1730, sepultus in cripta ordinaria Praeceptorum.

1730. 36. Philippus Daniel Kramer, Westphalus. Electus in Praeceptorem mense Julio et confirmatus ab Arch. Epis. Francisco Ludovico de Neuburg. Curavit candelabra et effigiem Christi ex argento. Duas capellas unam viridem a

Comitissa de Stadion. alteram a Baronessa de Dalberg dono accepit. Alia paramenta de novo fieri, alia reparari et tertium novum ex aere dedit, et alia tam in domo quam in Villis aedificavit. Obiit 1734.

1743 37. Henricus Emds, Wickeranus. Electus in Praeceptorem 12 Augusti quo exercitus Confoederatorum sc. Anglorum Hungarorum et Hanoveranorum de conflictu dedingensi victor rediens tendit Rhenum versus. Confirmatus a Joanne Friderico Carolo Comite ab Ostein Elect. Mog. Inquietum accepit regiminis initium, nam in tumultu Confoederatorum electus. Altero anno per 6 menses Gallos habebat in Domo et hospitale infirmorum. Reddita tandem pace aedificia militari licentia devastata sumptibus non exiguis restauravit. Magnatibus placens

potenti eorum protectione bona nostra in-
piger jurium suorum defensor integra
servavit, imo praedia nostra Hochheimii
per exemptionem trium jugerum vinearum
notabiliter auxit. Juniores confratres Philosophiae
ac Theologiae studiis in domo nostra per
Professorem Jacobum Mulch ex Abbatia Ilben-
stadtensi vacare curavit. Ad decorem
Domus Dei varia ornamenta comparavit;
quae per manus sacrilegas scelerati N. Noll
Miltenbergensis Moguntiae decapitati iterato
rapta et dirupta fuere. Canonem annuum
bonorum in Comitatu Hanoviensi auxit,
et Villam in Sulzbach in optimum statum
& posuit. Tandem iterum gravissimis belli
temporibus per 7 annos continuos premeba-
tur, postea febri maligna inflammatoria

et Winterae per
laeuditatem
et donationem
3 jugerum vinearum

correptus. Obiit 16. Augusti 1ma 4ta ab hora nona serotina 1763. Anno aetatis 57. Profess. religios. 32.

1763. 38. Laurentius Koch, Hoechstensis. Electus est in Praeceptorem unanimi consensu 5t Sept. 1763 postquam in Villa nostra Sulzbacensi per 16 annos oeconomiam administravit et per totum hoc tempus lectioni librorum praecipue historicorum studuerat. Artis medicinae varia arcana possedit adeo apertus solitudini, ut, nisi gravissima negotia postularent, eam non dereliquit, parcimoniae licet studiosissime deditus ob inexperientiam tamen in curanda oeconomia bona vix notabiliter auxit; quod studium etiam propter exiguum regiminis tempus nentiquam addiscere potuit, nam postquam Praeceptoriam

per tres annos et dimidium curaverat, ~~hora 1ª nocturna~~ hydropisi mortuus est die 19 Martii hora 1ª nocturna 1767. Aetatis 56. Profess. 32. Confirmat. ab Em. Elect. Emerico Josepho de Breidenbach.

1767 39. Wendelinus Schmitt. Bommersheimensis electus in Praeceptorem . . .
Obiit 18. 8^br 1799.

Obgleich mein Manuscript nur bis auf den Praeceptor Koch geht, so kann ich dennoch von dem ausgezeichneten Manne Schmitt aus sicheren Überlieferungen sagen, daß er unter allen seinen Vorgängern die erste Stelle verdient. Kenntnis, Bildung, seltene Tätigkeit und Sparsamkeit zierten ihn. Er hinterließ dem Hause ein großes Vermögen an Baarschaft sowohl als an Mobilien, und

vermehrte die Grundstücke bedeutend. In der Landwirthschaft besaß er große Kenntnisse. Von seinen Untergebenen war er ebenso geliebt als von Höheren, namentlich dem Kurfürsten von Mainz, dem Landgrafen von Hessen und anderen benachbarten Fürsten, mit denen er persönlich bekannt war, geschätzt & verehrt. Er starb d. 18t. October 1794.

1794. 40. Georgius Franciscus Schlender, von Mainz gebürtig, ~~zu~~ wurde Praeceptor d. 8t. Dez. 1794 erwählt. Mit ihm schließt sich die Reihe der Praeceptoren. Unter s. Verwaltung wurde das Haus i. J. 1802 aufgehoben, und dessen bedeutendes Vermögen fiel an den Fürsten v. Nassau. Von diesem Praec. der übrigens ein guter Oekonom & Haushälter gewesen, ist uns so weniger etwas Merkwürdiges zu berichten, als seine nur 8 jährige Regierung in die Zeiten des franz. Revolutionskriegs fiel, wo das Haus durch Einquartierung & große Geldopfer (Contributionen) sehr viel leiden mußte, derselbe einige mal flüchtete & lange abwesend war, auch zwei seiner Conventualen von den Franzosen als Geiseln fortgeschleppt in Givet über 18 Monate gefangen saßen. Er starb im Jahre 1821 den 10t. November.

1502 Ordo acceptus qui- tam a Maximiliano I.